



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiæ, 1605

Alexander Valignanus, Indiæ Provinciæ Pro Societate Iesv Præpositus, R.
P. Claudio Aquaviva, Præposito Generali Societatis Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

ALEXANDER
VALIGNANVS,
INDIÆ PROVIN-
CIÆ PRO SOCIETATE
IESV PRÆPOSITVS,

*R. P. Claudio Aquaviva, Præposito Generali So-
cietatis IESV.*



X regno Cinæ proximè elapso Aprili fausta multa ac auditu jucunda allata fuere. Nā Patres Odoardus Sāde & Antonius Dalmeida (vri superioribus litteris perferipimus) hinc eò hoc consilio missi, vt aliis duobus Societatis nostræ Patribus auxilio essent, qui in nouis Xauchini sedibus iā antea fuerant recepti: in Magistratum (Mādarinos incolæ patria voce appellant) gratiam ac fauorem ita se insinuauerunt, vt non gratus tantum eorum fuerit aduētus, sed etiam vt aliis ipsi adjūgeretur, facile impetrauerint; Licet tamē ab vrbs primotibus moniti antea fuissent, vt plures nō accerferetur, præferim cū duos sufficere existimarent. Atque ita diuina factum prouidentia est, vt quatuor tam Societatis nostræ sacerdotes penē in meditullio Cinę habeamus. Qui maturo inter se captato cōsilio ex mandati à nobis accepti præscripto discedere tandē statuerunt, vt Cinēsiū animos ad Christi Euangelium suscipiēdum explorarent, & nouā habitationē in alia quadam vastissimi illius regni prouincia procurarent. Cui consilio opportunam occasionem quidam ex præcipuis Magistratibus dedit, cuius opera vt in Xauchino reciperetur, non paru aliās aduti fuerant; cui cū ad vltiores quosdam Xauchine prouinciæ recessus iter necessariū esset, autoritate sua effecit, vt vel ipsis quoq; prouincias illas lustrare, vel saltē in Ciquione cōmorari cōcederetur, quæ etsi non ita versus amplissimi regni meditullium vergit vti Nauchinum, pluribus tamē miliaribus ab extremis regni finibus abest, quā Xauchinum. Administratur autem à Prorege quodam, quem Turanum ipsi vocāt. Atq; ita Patribus Odoardo Sāde & Matheo Riccio in Xauchino relictis, Patres Michael Rogerius & Antonius Dalmeida ad nouas indagandas sedes profecti

profecti

profecti sunt. Totius porrò legationis caput P. Odoardus Sarda
 delectus fuit, qui sicuti litteris comonefecit optima spe fulcitur;
 fore ut cum vberissimo fidei Catholicę fructu ibide veretur, quare
 & patrium sermonem P. Matthæi Riccii opera, qui multum in eo
 promouit, diligenter addiscit; & iam nunc per totū Xauchinum
 optimè audire & Christianæ fidei hortū platis nouellis consere-
 re incipit. Nam viginti Cinēses salutarī regenerationis vnda iam
 tum fuerant abluti, & alii nonnulli Catechumeni in fidei Catho-
 licæ arcanis sedulo instituebātūr, adeo quidem ut in regno Cine,
 diuinæ gratiæ munere, fidelium aliqua congregatio felici succes-
 su haberi incipiat, idque sine Magistratum grauiori aliqua of-
 fensa, qui etsi initio difficiliōres se præbere in Patrum priorū re-
 ceptione videbantur, atq; ob id forte potestatem illic comorand
 scripto necdum confirmauerant: pios tamen ipsorum conatus,
 quantum percipere adhuc potuimus, non sunt turbaturi, sed qua-
 si Cinæ incolas inter ceteros ipsos agere sunt permisuri. Quan-
 tiam non mediocris spes affulget, Deū Opt. Max. qui præter
 omnium ferè expectationē ingressum adeo angustū & difficilē
 diuinā stimulantē misericordia patefacere incepit, magis ac ma-
 gis aperturum. Est tamē in re tam ardua, ad pios conatus promo-
 uendos, maxima opus tum prudentia tum sagacitate, ob id potissi-
 mum, quod prouinciæ urbiumq; primores vafri admodum sint
 ac solertes, quique noua omnia maximè habeant suspecta, vique
 adeo ut si summa prudentia res non geratur, dubio procul lega-
 tionē istam faciēt vanam ac irritā. Quæ causa fuit, quod proximè
 præterito Aprili alios eò Patres nō ablegauerimus, priuquam de
 anni huius successu certiores facti essemus, quātūq; PP. Michael
 Rogerius & Antonius Dalmeida profecissent, ex ipsorum litteris
 accepissemus. Et quoniam propter amplissimi regni famam, non
 pauci tam ex iis qui in Amacao commorantur, quàm qui in Luzo-
 zonenſi territorio agunt, propagandæ religionis zelo excitati in
 vindemia ista laborare anhelantibus votis desiderant: metu nō me-
 dioctri percellimur, ne nimio deuotionis ardore quorūdā, qui rari
 regni genium ac naturam probè exploratam non habent, male
 nobis cedat instituta legatio: neve Magistratus, Religiosorum bo-
 minum frequentiore numero ex diuersis regionibus & Philippin-
 cis potissimum eo confluentium offensi, sinistra suspicione labo-
 rare incipiant, & vno veluti impetu, quotquot ibi Christianos de-
 prehendant, regno pellant. Quocirca quæ anno hoc renunciatū-
 tur expectare statuimus, facturi prout tum expedire iudicabimus.

Coccini, 19 Kal. Febr. 1582.

EXEM-